UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Pensum solius Amoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO XXVIII.

VULNERA CHRISTI.

Penſum ſolius Amoris.

1. INæſtimabilis adeò beneficii ergò, quale eſt hoc vulnerum, nullam aliam, niſi Amoris compenſationem Chriſtus à nobis exigit. Vulnera beneuola, vulnera benedicta, ſolius noſtri Amoris auida, penſum noſtrum & ſolutionem debitam iuſtè exigentia! *Amemus Amorem, ſoluamus debitum. Amemus Amorem nos ab omni æternitate amantem.* Chriſtus, qui ex natura ſua Amor eſt, loco penſi ſiue ſolutionis nil aliud, niſi Amorem, poſtulat, nonniſi amore oblectatur.

2. Cor humanum ipſo etiam ſilice durius, vt molleſcas, quid facies? Nullâ vi ferri emolliri, nulla ignis violentiâ calefieri potes. Agnoſco, Domine, vnicum ſolum medium, idque efficaciſſimum. Vulnera tua vnam ſolam guttam Sanguinis cordi meo inſtillent: accipe cor meum adamantis inſtar induratum, quod nonniſi Sanguine tuo domari poteſt, illudque ſanguineo lateris vulneri annecte. O me beatum, ſi tangetur, tingeturq; ſolâ Sanguinis illius guttulâ! *vnam petii à Domino,* Pſal. 16.
vnam ſtillam ſolam, & diues ſum ſatis, nec aliud quidquàm vltrà poſco.

3. Sancta Mechtildis quadam vice ex corde Dei con- S. Mechtil.
ſpexit prodeuntem virginem aliquam aſpectu pulcher- lib. 3. c. 15.
rimam, manu geſtantem adamantem, quò continuò nullâ morâ interpoſitâ per apertum latus tangebat cor Chriſti, illudque Sanguine eius madefaciebat. Petiit Sancta, quænam eſſet illa Virgo, quidque adamas iſte ſignificaret. Reſponſum fuit, Virginem illam eſſe Charitatem Dei: lapidem illum eſſe cor peccatoris durum inſtar adamantis. *Et ſicut adamas absq; ſanguine ſcindi non poteſt; ſic & Adæ culpa ſine humilitate & Sanguine Chriſti diſſolui non poterat.* Expergiſcere peccator, &

tandem aliquando è deſperationis barathro
Confide. & ſpera in miſericordia Dei. Ecce cor
in Manibus Dei, vt illud coniungant cordi Chr
Sanguine lateris eius humectent: vnâ illius Sa
ſtillâ, non veluti ſcintillâ, ſed tanquam arden
accenderis in amorem Diuinum, vt ſic tribut
bitum charitatis, quod debes vulneribus Chriſti

Consideratio XXIX.

VULNERA CREATOR

Admiratio Creaturæ.

1. QVod ſi in Martyrum reſuſcitatis corporib
parebunt glorioſæ cicatrices, quia fuer
ra propter amorem Chriſti perpeſſa; quanto m
Saluatoris vulnera cum admiratione omniu
vndique repleta & coruſcantia apparebunt?
hominis, qui & ſimul Deus erat, fuère vulnera
Deum ſupportata. *Vulnera, quæ permanſerunt*
q. 54. a. 4. *pore Christi* (vt docet Angelicus) *non pertinent*
ruptionem, vel defectum; ſed ad maiorem cumul
riæ. In omnibus membris Corporis Chriſti
dor Gloriæ, ſtatui glorioſo veri & naturali
conueniens & proportionatus; at *in locis C*
(ſubiungit idem S. Doctor) in foraminibus
loc. cit. *quidam ſpecialis decor apparebat* & pulchritudo
dinaria. Conſidera, quâ ratione in foramin
nuum & pedum vnitæ ſibi & continuæ erant
ſeuli, & arteriæ, quæ continebant Sanguine
ro diſiuncta erat, & vacuitas illa replebatur
Gloriæ, ſplendore, & certâ quâdam qualitate
quæ vulnera illa reddebat valdè ſpectabilia, ſumm
bilia & deſiderabilia.

Specul. Exempl. Cuidam animæ pulchritudine creaturarum
illaqueatæ apparuit Chriſtus Dominus noſter
ſecum aſportans ſanctiſſima, pulcherrima, & g